55

1283. Prid. Non. Octobris Ex Archi: Cap: Wladis:

Restitutio Archidiaconatus Crusuiciensis Ecclesiæ eidem per Michaëlem Episcopum Wladislaviensem. Anno Domini. 1283.

Michaël Divina miseratione Episcopus Cujaviensis. Quum gesta memoria digna tunc denique sunt in perfectione, cum in posteritatis notitiam per literarum derivantur monimenta, universos Episcopi Nostri prælatos, Canonicos, nec non Plebanos scire dignum duximus, quod nos accedente Wladislaviensis Capituli conniventia, Archidiaconalem personatum Ecclesiæ restituimus Crusuicensi, quem dominus quidem Hogus in dictæ devisum Ecclesiæ Wladislaviensis Archidiaconatui qua nescimus univerat intentione, quod factum etsi dominus Barho dissimulare quam corrigere maluerit, nos Nihilominus à Deo nobis collato prospicientes patrocinio maluimus Germanas Ecclesias debitis gaudere personatibus, quam alterius incrementum in reliquum cedere detrimentum. Acta sunt hæc in Wladislaw Iuvene Anno gratiæ M. CC. XX. III. pridie Nonas Octobris Sacra Synodalia nobis celebrantibus.